Sancimus igitur nulli penitus licentiam esse cuiuscunq; provinciae iudici, & Orientalium, & Occidentalium, & ex utroque, eam relinquere antequam deponat cingulum: sed etiam postea (renouamus enim vetustatem) quinquaginta commorari dies, publice apparentem in prouincia in qua administravit: gesta quoque monumentorum conficere, secundum quae aduenit prouincia: vt sit palam siue fiduciam habeat in suis actibus, siue etiam non. **¶** Si quis autem administrationem administrans aliquam militarem, vel civilem, aut etiam reuertitur ab ea, relinquat prouinciam: administrans quidem adhuc eam dum relinquit citra nostram iussionem, ipse quidem maiestatis reus sit in prouincia verò de nouo destinatus, postquam accusantibus satisfecerit, tunc maiestatis nouissimas sustineat poenas. Si verò deponens cingulum, deinde non moretur, tunc legitimis diebus publice cum cunctis semetipsum ostendens, & fugiat de prouincia: quae dudum a nobis de hoc sancita sunt, valere. **¶** Illud autem omnibus praedicimus, vt dum aliqui acceperint cingulum, tueantur illud: successores autem eis cinguli factos, solere non ultra terminos mittere quae vocantur interdicta, neque remouere quidem praesides, singulis praesidiibus ipsos autem aut morose iter agere: aut hic degere: aut ad aliquas alias prius ire prouincias patriam visuros: & quae cunq; fortuitis & blandientibus hominibus consuetata sunt: sed velociter ad administrationem ire cuius regimina susceperunt: vt non alij quidem remoueantur, alij verò non sint, & prouincia sine iudice maneat: sed ante duos solum dies quam ad prouinciam accedant, in qua qui cingulum habet, est: mittere ad eum amicabilem epistolam volentem officium destinari ad occasionem eius: & vsque tunc annonas accipere in cingulo existentem, & gubernantem eum: & non ex codicillis cinguli iudicare tempus, neq; praecipis tuae sedis: sed ex quo (sicuti dictum est) in prouinciam ipsam accesserint, illius accipere reipubl. emolumenta: vsque tunc eum qui in rebus extitit, ea percipere, & alium omnium nullum. Non enim possibile neque portabile est omnino sine iudice relinqui prouinciam, statuto quidem quasi aliquo ab eo qui a nobis ordinatus est, vt eius impleat locum, homine forsitan rerum non habente experimentum: illo vero qui in ipsis operibus est, & discedente de prouincia ante-

quam adueniat tempus, & fraudando emolumentis quae eum accipere oportet donec deponat cingulum. Deponet autem id, dum successor accesserit in prouinciam, ante duos solum dies quam prouinciam ille ingrediatur.

EPILOGVS.

Quae omnia custodiri a sede tuae celsitudinis in perpetuum volumus: & mox vt cognoueris adstitisse eum prouincia, ex illo transponere emolumenta in successorem: alio qui ministrare ea priori, secundum quod a nobis dispositum est, donec in prouinciam successor veniens semetipsum subiectis ostendat. Quae igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram insinuata sunt legem, tua celsitudo operi effectuiq; tradere festinet. Datum Kalen. Nou. CP. Imper. DN. Iustinian. PP. A. anno XIII. Appione V. C. Conf.

XIII. i. anno 539.

DE EXECVTORIBVS, ET DE IIS qui conueniuntur & reconueniuntur.

Tit. VIII.

NOVELL. CONST. XCVI.

Imper. Iustinianus August. Ioanni gloriosiss. Orientalium praetoriorum praefecto, iterum exconsuli ordinario, & patricio.

PRÆFATIO.

QVONIAM calumniam odimus, & omnem tergiuersionem auersamur, propterea huiusmodi actus egere legitimis medijs existimauimus. Didicimus enim quia quidam non habentes ullam obligationem, sed vnam statuentes voluntatem cum ijs qui causas exequantur, conueniunt quosdam: deinde libellos dirigunt: & dum damnum per tulerint fugientes, deserunt eos, & proficiscuntur, incurabile eis dantes dispendium: & hoc adhuc amplius in prouincijs committitur, communiione lucrorum ipsis conuenientibus, & causarum executoribus proficiente.

& de mutuis petitionibus. *Index regiae:* qd proprie pertinet ad ca. 2. j. eo. de ius vocando *Jul. const. 88.* quod praecipue pertinet ad cap. 1. j. eod.

De in ius vocando: vel vt actor caueat de contestanda lite intra duos menses.

Cap. I.

Ne igitur hac iugiter committantur: sancimus non aliter actores libellos dirigere, & damni occasionem praebere conuentis, antequam cautionem exponant & in fugientem, & in negotij executorem, quia intra duos menses omnibus modis litis contestationem faciant apud iudicem: aut si hoc non egerint, omnem damnum eueniens conuento restituent duplum, non transcendente cautione triginta & sex aureos.

hinc sumpta est authentica, *Libellus. Cod. de litis contestatione.* i. sed colluctantes cum exequutore. *accusatores sc. Jul. hic.* aduersus reum. *Novell. 112. cap. 2.*

De his qui conueniuntur & reconueniuntur.

Cap. II.

Illud quoq; promereri competentem correctionem de cet. adijt nos quidam docens, quia in conuentionem fecit obligatum sibi apud quendam gloriosissimorum nostrorum iudicum: deinde qui factus est in conuentione, tanquam & ipse actorem obligatum habens, cum apud alium traxit iudicem: & aliquid inopinabile fiebat. quia enim vterq; seorsum actoris obtinet officium, miserandum quiddam & tristibile inde veniebat. mox enim cum voluisset aliquis propriam mouere litem: repente is qui est authentica, ex diuerso conuenerat, apud alium iudicem trahebat eum, apud quem ipse sortitus fuerat iudicem: & alter utrosque protrahentes, immortaliter permanserunt litigantes. **¶** Sancimus igitur si quis obnoxium arbitratur habere eum qui contra se conuentionem exposuit, non apud alium iudicem, sed apud eum mox a principio conuenire: & eundem esse iudicem in utroque negotio. Si verò forsitan displicuerit apud quem litem sortitus est iudex, licet ei etiam hoc emendare. viginti enim dierum inducias danti nobis post libelli transmissionem, postquam oportet litem contestari: licet intra praedictam suspensionem refutare quidem illum: alium verò mereri, apud quem

hinc sumpta est authentica, *Et consequenter Co. de sentent. & interlocutionibus.* *Novell. 123. c. 25. l. 22. ff. de iudicij: leg. 4. Cod. de sentent. & interlocutionibus.*

iterum similiter vtramq; exerceri competit litem: & eiusmodi artes in nullo fieri, sed vnumquemq; proprio iure vti. Si itaq; tacuerit, deinde postea voluerit causam apud alium iudicem mouere: necessitatem eum habere sustinere terminum eius litis illate sibi ab eo qui cum in iudicium traxit: & dum finē lis acceperit, tunc eum suam causam apud alium iudicem proponere: vt ita tales eorum auferamus artes, & in alterutros calumnias.

EPILOGVS.

Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet. Datum Kalend. Nouembr. Constantinopol. i. anno 539. Imperat. DN. Iustinia. PP. A. anno XIII. Apione viro clarissimo Consule.

DE ÆQUALITATE DOTIS, ET PROPTER NUPTIAS DONATIONIS: & augmento dotis, & ante nuptias donationis: & de priuilegio dotis, quia alijs præponetur priuilegijs: & vt excipiantur hoc priuilegio creditores in emptione militia: & de dote remeante ad patrem, & rursus data pro eadem filia secundo viro: & de dotis collatione, inope marito moriente.

De exa- quatione do- tis & propter nuptias do- nationis Iu- lian. consti- 90. huc perti- net c. i. j. eod. De iure dotis Index Regine.

Tit. IX.

NOVELL. CONST. XCVII.

Imper. Iustinianus August. Ioanni gloriosiss. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum ex- consuli ordinario & patricio.

P R Æ F A T I O.

QVONIAM plurimas in legibus quæstiones videmus & circa primas nostras natiuitates, (id est nuptias & filiorum procreaciones) motas, & circa nouissima, quale est aliquid voluntatum & testamentorum: cogitatio facta est nobis nuper perferuari & agnoscere quid volens nobis antiqua lex super dotis instrumentis, mensuram quidem pactio- num nuptialium inter alterutros æquam esse & masculos & feminas vult, & æqualitatem pensat eorum qui ad inuicem copulantur: non alij quidem mediam fortè dat stipulari partem, alteri verò tertiam, aut quartam: sed ex medio trahens, æquale vtrinque exigit fieri pactum, aut mediam dicimus in vtroq; constituens, aut tertiam, aut quartam, aut quantamcumque contrahentes voluerint. hoc autem non multo prius quæsiuit, vt & ipsorum quæ dantur, quæ sint mensuræ: sed alijs quidem permisit in mille forsan aut in duobus milibus aureis facere rationem, aut in quantumcumque voluerint: alijs autem nõ tantum, sed in minus: vt æqualitas in verbis solis, & literis puris, sed non in rebus ipsis quæreretur.

Procreandi hominismodus, nuptiæ: dissoluendi, mors. Mors vltima linea rerum est. hinc sumpta est authentica. Æqualitas dotis Cod. de pactis conuentis. Nouell. 22. vt æqualis esse debet qualitas dotis & donationis propter nuptias: ita equalia quodque esse debent pacta.

De exa- quatione dotis & propter nuptias donationis.

Cap. I.

Hoc igitur ante alia vniuersa corrigimus, & equalitas in dotibus esse, & propter nuptias donationibus, & ea quæ offeruntur, & ea quæ in stipulationibus circumferri nem deducuntur pacta: & tantam quidem quantitatem pro, (modi- conscribere virum, quantam & mulierem: tantum quocumque tamen,) in que lucrum stipulari, & ex tanta parte, ex quanta voluerint contractibus rini, æqualis tamen mensuræ. non enim aliter iustitiæ & permissa v. l. æquitatis seruabitur ratio, si negotiatiuè alterutros circumueniant: & videantur quidem æquas facere stipulationes, pro vero autem inæqualis maneat effectus non hic nimirum prius quantitate datorum eadem consistente. Irrideri videtur vndique lex, si ille quidem conscribat duo milia minimum (vt auteos, mulier autem sex milia fortè in dotem offerat: & Mimus qui stipulenter alterutros quartam conscripserit in lucro perdam dicebat) cipere. proinde illo eueniente lucro, illa quidem nihil aut velint vili liud lucrabitur, nisi quingentos aureos ex quarta: ille autem, caro tem quingentos & mille ex eadem quarta: & tanquam vendere. in ænigmate multo videbitur quarta vnius alterius in ænigmate quarta minor. exsuspecta namque vel æqualitate, quanta inæqualitas ex hoc ipso procedit. Quæ igitur prius exposita sunt dotalia, secundum quem constituta sunt modum habeantur. quoniam factum est, in factum manere impossibile est. De cætero autè, in omni datione sancimus æquas

nota regulam.

quidem esse oblationes: ipsos autem mediocria lucra pacisci: vt per omnia iustitiam æquitatemq; honoremus. Si enim aliquis amplius alio diues est, licet ei per alium modum, legitimum tamen & agnitum nostris legibus, clementiam præbere alij: non per inæqualitatem redigens ad æqualitatem, lucrum maius alteri acquirere. & hæc quidem de hoc lex ita quodammodo habeat, suam iustitiam vniuersis ostendens.

ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς ἀνισότητος ἰσοπένηται. ἰ. sed per inæqualitatem quæ occultet æqualitatem.

De augmento dotis & donationis propter nuptias. Cap. II.

Aliud quoque quod circa nuptiales oblationes fit, inspeximus atq; considerauimus: dicimus autem de augmento. Quia enim & ab ante nos legislatoribus, & a nobis ipsis, de augmentis dictum est: plurima autem a nobis, & non facile numeranda, etiam in his super antiquitate philosophata sunt, adiuuentas ab aliquibus circumscriptiois perimentes, & puram iustitiam seruari volentes, etiam illud corrigimus. priuilegium enim dedimus doribus, vt contra antiquiores hypothecas habeant honorabilia iura, vt potè dum contrahentes cum viris eorum credant substantijs, & non mulierum: & quæ fortè tunc neque competeant ijs qui prius contraxerunt. Dedimus autem licentiam (hoc videlicet quod antiquitus) & augmenta facere permittentes & viro & mulieri, siue ambo voluerint, siue etiam horum alter celebrare augmentum. Primum quidem illud sancimus, ne aliqua fiat circumscriptio: siue augere voluerit dotem, aut propter nuptias donationem, non licere alij quidem facere, alij autem in prioribus manere: sed vtrumq; celebrare omnino augmentum: & non in electione, sicut prius, sed in necessitate causam consistere, omnino tamen quantitate æquali: hoc quod etiā nostri patris dicit constitutio. Et ne contingat augmentum non ipsa fieri veritate, sed schematicum, & maximè in parte mulieris, & ne viri creditores circumscribat, priuilegio vtens: si quidem habuerit vterque immobiles res, melius est in immobilibus fieri oblationem: quatenus sit palam & indubitatum quod quidem ab initio fuit, quod autem postea additum est. Si autem non vtrinque immobiles res fuerint: mulierem omnino per immobiles res celebrare augmentum, vt & dos & augmentum similiter habeat aduersus antiquiores creditores priuilegium vndique indubitato augmento existente: vir autem etiam in rebus mobilibus faciat augmentum: nulla enim hinc orietur lesio. Si autem mulier immobilium habens rerum substantiam, in rebus mobilibus scribat augmentum: sciat priuilegium non habituram, nisi in antiqua sola dote, non in figurato existente augmento. Quod enim ab initio factum est, in toto sine suspitione est. quod autem postea machinatum est contra creditores, hoc ipso introducit meditationem: & laedi homines ex dato a nobis dotibus priuilegio, nullo volumus modo. Si verò non fuerit debitum contra virum vllum, neque suspicio contra creditores circumuentionis: tunc & in pecunijs, & vt volunt, augmentum fiat ab eis: vtrique tamen augmento sic faciendi, & æqualitatem habente, vt æquitatem seruemus. Quæ enim erit circumuentionis suspicio, viro obligato nulli existente, & præterea augmentis sine tergiverfatione factis.

hinc supra est authentica, Sed iam necesse, & authentica, Nunc inhibetur Co. de donat. ante nupt. Dos præferantur antiquioribus hypothecis v. l. 12. C. qui prior. Dos quidè augeri potest matrimonio constante, at non in fraudem creditorum.

De priuilegio dotis, & creditorum ex causa militiae emptæ. Cap. III.

His consequens est & illud decernere, quod in casibus huiusmodi dubitatum est. Nouimus & antiquioribus creditoribus aliquas hypothecas prioribus reponere iuniores existentes, ex priuilegijs a legibus datis: quale est quando aliquis proprijs pecunijs procurauerit nauem comparare, aut fabricare, aut reparare, aut domum forsan ædificare, aut etiam emi agrum, pecuniam vt aut aliquid horum, in his enim omnibus priores existunt nauis fabri- posteriores creditores quorum pecunijs empta aut re- cetur, licet nouata res est, ijs qui etiam multo antiquiores sunt. Quæ tempore positum est igitur si mulier præterens priuilegium super sterior, in ea antiqua dote, & augmentum, in quo etiam hoc seruatur priuilegium, (sicuti prædictum est) prioribus voluerit priorè habere hypothecam.

l. 19. C. de donat. ante nup. i. colorat. Si quo tempore maritus dotè auget, are alieno non laborat, dotem potest augere: si laborat, dotem potest augere potest immobilibus datis (est n. immobilium mobilia. hinc sumpta est authentica, Quo iure Co. qui prior. Posteriores hypothecæ interdum prioribus præferuntur v. l. j. eodem. Et l. 5. 6. Co. qui prior. Creditor, cuius pecunia nauis, do- mus, ager emitur, anterioribus reponere iuniores existentes, ex priuilegijs a legibus datis: quale est quando aliquis proprijs pecunijs procurauerit nauem comparare, aut fabricare, aut reparare, aut domum forsan ædificare, aut etiam emi agrum, pecuniam vt aut aliquid horum, in his enim omnibus priores existunt nauis fabri- posteriores creditores quorum pecunijs empta aut re- cetur, licet nouata res est, ijs qui etiam multo antiquiores sunt. Quæ tempore positum est igitur si mulier præterens priuilegium super sterior, in ea antiqua dote, & augmentum, in quo etiam hoc seruatur priuilegium, (sicuti prædictum est) prioribus voluerit priorè habere hypothecam.

De priuilegio creditoris ad reparationem nauis. Nota de priuilegio creditoris in ædificationem domus. Nota de priuilegio creditoris in emptionem agri. Nota de priuilegio creditoris in emptionem aut renouationem rei. Priuilegium dotis ab initio constitutum potest trahitur ad augmentum dotis postea factum.

Nota de priuilegio creditoris ad reparationem nauis. Nota de priuilegio creditoris in ædificationem domus. Nota de priuilegio creditoris in emptionem agri. Nota de priuilegio creditoris in emptionem aut renouationem rei. Priuilegium dotis ab initio constitutum potest trahitur ad augmentum dotis postea factum.

Quid si pri-
or? Antonius
Mercator 3.
notat. 14. ne-
gat muliere
ei præferri
sed eo casu in
ter eiusmodi
creditoribus
& mulierem or-
dinè seruari
b Qui pecu-
niã credidit
in emptione
vel reparatio-
nem nauis,
domus, vel a-
gri, prioribus
creditoribus
est potior, &
hic: si modo
nominatim
in eum finem
pecunia nu-
merata, & si
in eas causas
conuersa est
& Mynsinger.
l. obs. 60.
Quotiescum-
que alicuius
pecunia res
empta est, is
in ea priuile-
gium habet
ante priores
creditoribus
causis: & expressim hoc ipsum scribatur in instru-
d hoc innuit, mento: & in hoc fiat pactum, vt casu proueniente prior sit
iustū nō esse solus, qui ad hoc credidit: [&] huic solo b casu cedere
vt dos mulie-
ris illis cre-
dat, quorum
pecunia res
empta est aut
si ex eorum
substantia res
fraus fieri dotibus
pecuniam vt domus
ibi, edificare: vel
didit vt nauis
armaretur, reficeretur
supr. eodem: vel
& ad concurrentem
expressam vel tacitam,
minus enim priuilegij
pecuniam ita creditam,
tunc huiusmodi
lari priuilegio dos
quam, contra regulam
l. 3. Cod. qui potior.
stitutionis arguit,
potior, s. eod. Quid
potiores sit creditum
nuere liceat dotem
tutam pecuniam
bus anteriorem
Novellam 109. c. 1.
est specialiter
qui potior. b leg. 3.
Specialiter ibi
ibi & prior sit
dendum, neque per
dem lem aut tum
um habente sub-
Aieri antiquiori,
in ea ius hypothe-
subscriptum a res-
officij regij causa

Vt excipiantur hoc priuilegio creditores
in emptione militiæ.

Cap. IIII.

Q Via verò & huiusmodi quædam aditiones nobis fa-
ctæ sunt, eo quodd quidam aliorum militum pecu-
nijs, & oportet eos qui in has crediderunt causas,
præponi: sancimus, si quis crediderit aurum occasione
ante priores militiæ, siue statutum fieri, vel pro alijs quibusdam tali-
creditoribus. bus causis: & expressim hoc ipsum scribatur in instru-
d hoc innuit, mento: & in hoc fiat pactum, vt casu proueniente prior sit
iustū nō esse solus, qui ad hoc credidit: [&] huic solo b casu cedere
vt dos mulie-
ris illis cre-
dat, quorum
pecunia res
empta est aut
si ex eorum
substantia res
fraus fieri dotibus
pecuniam vt domus
ibi, edificare: vel
didit vt nauis
armaretur, reficeretur
supr. eodem: vel
& ad concurrentem
expressam vel tacitam,
minus enim priuilegij
pecuniam ita creditam,
tunc huiusmodi
lari priuilegio dos
quam, contra regulam
l. 3. Cod. qui potior.
stitutionis arguit,
potior, s. eod. Quid
potiores sit creditum
nuere liceat dotem
tutam pecuniam
bus anteriorem
Novellam 109. c. 1.
est specialiter
qui potior. b leg. 3.
Specialiter ibi
ibi & prior sit
dendum, neque per
dem lem aut tum
um habente sub-
Aieri antiquiori,
in ea ius hypothe-
subscriptum a res-
officij regij causa

De dote remeante ad patrem, & rursus data
pro eadem filia secundo viro.

Cap. V.

Q Via verò iam legem scripsimus, vt patres semel of-
ferentes dotem pro filia sub potestate, aut suæ qui-
dem potestatis, reuersionem autem in semetipso-
facientes: quæsitum est apud aliquos, si competens est mo-
riente genero, & remeante ad patrem dote quæ ab eo da-
ta est, hanc patrem semel offerentem, posse ad secundas
veniente nuptias filia, minuere, aut hoc non facere, cogi-
tantem quia semel alienata est ab eius substantia: sed ipsa
mensura ei nubenti rursus dare, tanquam si nec contigisset
viduatam. hoc enim nobis nuntiatur est, quia xxx.
librarum auri quidam pater existens obtulit dotem: dein
de filia viduata, & ad secundas veniente nuptias, non iam
triginta libras ipse obtulit, sed quinque & decem solas:
quoniam contigerat mulierem lucratam mediam ante-
nuptialis donationis partem in quinque & decem auri
libras existentem: & pater nequaquam de suo obtulit tri-
ginta auri libras, sed quinque & decem ipse, quin-
decim verò ex lucro mulieris. Non iustum igitur existima-
uimus hoc esse: sed similiter in diuisione habere quidem
eam præcipuum antenuptialis donationis lucrum: ex pa-
ternis autem quinque & decem percipere reliquas: tan-
quam studuerit pater laedere filiam. Quid enim egisset, si
non contigisset secundis eam nuptijs copulari, sed mane-
re eundem generum viuum? Aut quomodo futurus erat
30 minuere dotem iam à se datam, aut proprium illius lu-
crum, suum facere, & in dotem secundi viri deducere: cū
vique oporteret eam in paraphernis hæc habere. & for-
san propter hanc causam ditiore nubere viro: non solum
triginta librarum auri dominam factam, scilicet quindecim
antenuptialis donationis, & quindecim a patre ob-
latis: sed quadraginta & quinque, lucrum quidem in pa-
raphernis ei constitutum, fortuna ei datum: quod autem
ex largitate paterna oblatum est, manente integro. Hæc
autem sancimus, si & patris substantia manserit in ipsa fi-
40 guram qua prius fuit. Sin autem fortuita quædam cla-
des imminerit eius substantiam, vt neque volenti sit pos-
sibile æquæ mensuræ qua prius dare rursus dotem, & pro-
betur a patre fortuita deminutio patris substantiæ: tunc
non amplius cogi patrem dare secundo filiam iungentem,
nisi in quantum substantiæ virtus est: sed lucrum qui-
dem prioris antenuptialis donationis habere integrum,
tantam vero percipere a patre in secundo ordine dotem,
quantum substantiæ eius mensura susceperit. palam enim
est, quia hoc lucrum quod ex antenuptiali dicimus dona-
tione, (cuius solum ei vsum damus) ex omni necessitate
moriens restituet filia, proprietatis antenuptialis dona-
tionis dominæ omnibus modis factæ.

De collatione dotis in opore moriente
marito.

Cap. VI.

Illud quoque sancire necessarium existimauimus, in
plurimis videlicet & innumeris rebus quæsitum obtu-
lit enim pater dotem, aut forte mater pro filia sua, hanc
autem illa obtulit marito: & defunctus est vir inops. dein
de patre & matre mortuis, exigitur quæ nupsit, conferre
suam dotem, aut minus tanto accipere. Si quidem
vir idoneus est: causa vndique absoluta est. Si verò nul-
lius alterius domina constitit illa, nisi actionum quæ
contra maritum sunt, at illæ minus idoneæ sunt: & ob-
ijciatur mulieri, quod iam data sit dos pro ea: illa vero
actionem conferat, nullum habentem penitus effectum hinc illud
legis: causa nobis digna putata est. Et nouimus quidē iam
in plurimis iudicijs duritiam postea sic iudicatam, & mu-
lierem coactam cōferre dotem: aut certè reputare pro se
datam, ex qua nullum ei omnino contigit effectū in ipsis
rebus recipere. Nos autem ex alijs nostris legibus iuu-
se immiscet
rebus patris, conferre fratribus dotem debet, aut tantum remittere do-
bonis paternis l. 5. Cod. de collationib. Quid, si filia dotem integram a suo
marito recuperare non potuit, eo se non existente soluendo ne dicas id
tantum conferre, quod a marito potest consequi, vt iure veteri l. 1. §. 6. l.
2. ff. de dotis collat. sed ita, si sui iuris fuit: aut si cum excessisset 25. annum
in potestate, dotem amplam habuit, potuitque viro ad inopiam vergen-
te dotem repetere nec repetijt, tunc enim integram dotem conferet nec
liberabitur inanem actionem conferendo. Si non ampla fuit dos, id est,
minor centum, liberabitur Nouell. 22. quia eo casu non poterat agere si-
ne voluntate patris. vti que si pater eius dotem non petierit, liberabitur
conferendo nudam actionem dotis.

hinc sum-
pta est authē-
tica, Sed quā-
uis Cod. de rei
vxor. act.

Hoc man-
datur, vt ea-
dem quanti-
tas dotis, filie
in secundis
nuptijs a pa-
tre seruetur,
nisi pater pro-
bauerit for-
tuito quodā
casu substan-
tiam suam di-
minurā esse.
Quid si 30. fu-
erit dos & fi-
lia 15. ex ante-
nuptiali do-
natione lu-
crata fuerit?
vtraque sum-
ma filia sunt
relinquende.
Iulian. hic nu-
mer. 345. sed
eo casu filia
lucrum in pa-
raphernis ha-
bet nō in do-
te. Cuius hic.
Quo iure su-
periora ita cō-
stitutata sunt?
vel ideo quod
dos mulieris
sit patrimon-
ium, etiam
si sit in patris
potestate l. 3.
§. 5. in ff. de
minorib. l. 16.
ff. de religiof.
l. 14. ff. ad leg.
Falcid. l. 4. ff.
de collationi-
bus.

hinc sum-
pta est authē-
tica Donatio-
ne Cod. de iur-
re dot. & au-
thentica,

Quod locum
Cod. de collat.
d' ἡ παρὰ το-
στὸν ἀβελῆν.
& infr. eod.
ἐν τῷ παρὰ
τοστὸν τῆν
συννεσφορῶν
ποιεῖται

Filia quæ
se immiscet
rebus patris, conferre fratribus dotem debet, aut tantum remittere do-
bonis paternis l. 5. Cod. de collationib. Quid, si filia dotem integram a suo
marito recuperare non potuit, eo se non existente soluendo ne dicas id
tantum conferre, quod a marito potest consequi, vt iure veteri l. 1. §. 6. l.
2. ff. de dotis collat. sed ita, si sui iuris fuit: aut si cum excessisset 25. annum
in potestate, dotem amplam habuit, potuitque viro ad inopiam vergen-
te dotem repetere nec repetijt, tunc enim integram dotem conferet nec
liberabitur inanem actionem conferendo. Si non ampla fuit dos, id est,
minor centum, liberabitur Nouell. 22. quia eo casu non poterat agere si-
ne voluntate patris. vti que si pater eius dotem non petierit, liberabitur
conferendo nudam actionem dotis.

^a l. 24. ff. solut. mus causam. Quia enim dedimus ^a mulieribus electio-
 l. 29. l. 30. in fi. nem etiam constante matrimonio, si malè res maritus
 C. de iure dot. gubernet, & accipere eas, & gubernare, & secundum de-
^b d. l. 29. l. 30. centem modum, & sicuti nostra constitutio ^b dicitur: qui
 in fi. dem suæ potestatis, & perfectæ ætatis mulier est, sibi met
^c hæc distin- culpam inferat cur mox viro inchoante malè substantia
 tio inuenta uti, non percepit, & non auxiliata est sibi (sic enim habi-
 est per hanc tura erat in collationis ratione proprias res vndiq; & sine
 Nouellam. deminutione, & in ea minus tanto collationem facere.)
^d Negligen- r ¶ Sin autem sub potestate est, & sine patris voluntate
 tia, admitten hoc agere non poterat, si quidem adiens patrem hoc dix-
 a nocet. xit, & contestata est, vt consentiret ei & res percipere et-
 iam constante adhuc matrimonio, & secundis temporibus
 eas seruare, & hoc egit pater: etiam rursus hic integra
 habebit sua iura, rebus ei suis seruatis: cum etiam antenu-
 prialis donationis res vindicare etiam constante matri-
 monio dederimus ei, & posteriori periculo omni libera-
 ri. Sin autem illa quidem hæc contestata ^c est patrem, ille
 autem neque mouit, neq; consensit, & neq; dedit licenti-
 am filia hoc agere, non eam periculum pati, sed & confer-
 ri nudam actionem contra inopis mariti res, & fortunam
 esse communem & ipsi, & eius fratribus: nō tamen ex col-
 latione damnificari: sed competentem ei partem dari ex
 paternis rebus: actionem illa quidem conferente: ab om-
 nibus autem mouendam fratribus, & hoc proficiendo v-
 niuersis ipsis, quod fortunæ euentus dederit. Sed si qui-
 dem pater in talibus casibus obtulerit dotem, & de eius
 substantia sperari futura est collatio: hoc valere. Si verò
 maior fortè oblatio fuerit, & collatio circa illam vertitur
 spem ^f ex patris inobedientia neq; mouere volentis, neq;
 permittētis ei mouere: tunc etiam per semetipsam filiam
 mouere, & non habere occasionem eo quod nō potue-
 rit mouere, & sibi met auxiliari, & futura læsionis ex ino-
 pia viri adimere metum. Et nouimus Vlpianum ^g sapien-
 tissimum talia quæsisse: & inope viro comperto, iuuisse
 mulierem, & in ^h quantum vir idoneus est, collationem
 ei fieri voluisse. 2 ¶ Sed quoniam in multitudine legum
 existentium antequam eas constitueremus, & ad conspi-
 cuum perduceremus ordinē, plurima & necessaria igno-
 rabantur: & decreta quæ contraria vellent, à iudicibus po-
 sita sunt: ne vlla seductio circa hoc fiat, propterea neces-
 sarium putauimus proinde etiam in medio nostræ positæ
 constitutionis, ⁱ quæ etiam constantibus matrimonijs
 mulieri auxiliatur, ad meliorem & magis consequentem
 viam venientes presentem ponere legem. Vt autem non
 per partes enumeremus personas in quibus valere eam
 oportet, generali sermone decernimus. Quapropter in
 quibus est collationis ratio, in his & constitutionem val-
 ere, siue pater, siue auus, siue mater, siue auia, aut ascen-
 dentium aliqua sit persona.

^f non pater-
 norum bono-
 rum, sed col-
 lationis
 l. 1. §. 2. ff. de
 collat.
^g in l. 1. §. 6. ff.
 de dot. collat.
^h d. §. 6.

ⁱ d. l. 29. Cod.
 de iure dot.

^k i. anno 539.
^l Appione.

^m vt proprie-
 tas dotis, vel
 antenuptia-
 lis donatio-
 nis filijs com-
 muni^o con-
 feruetur,
 mortua alter
 utra persona
 Iul. constit. 91.
 huc refer. c. 1.
ⁿ De lucris
 nuptialibus,
 Index reginae.
^o huc refer
 cap. 2. §. 69.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram in-
 sinuata sunt legē, tua celsitudo per programmata propria
 manifesta facere vniuersis solenniter procuret, & in per-
 petuum seruare festinet. Dat. 15 Kal. Decemb. CP. DN. Iu-
 stinia. PP. A. anno XIII. ^k Arione ^l V. C. Conf.

NEQVE VIRVM QVOD EX DOTE
 est, neque mulierem ex sponsalitia largitate lucrum
 proprium habere: sed seruare dominium ^m suis fi-
 lijs, vel si ad secundas nuptias non veniant, vsu so-
 lo in lucro ⁿ consistente: & vt ex repudio transigen-
 tes nuptias, lucrantes aut dotem, aut ante nuptias
 donationem, & ipsis similiter dominium seruent filijs:
 vsu habente persona cogenda filios alere. Si ve-
 rō bona ^o gratia soluantur nuptiæ: & videantur occa-
 sione damni detineri quædam: & hæc, ante perimeada
 quæ detinentur: & filijs seruentur.

Tit. X.

NOVELLA CONST. XCVIII.

Imp. Iust. Aug. Ioanni gloriosiss. Orientalium præ-
 toriorum præfecto, iterum exconsuli
 ordinario, & patricio.

PRÆFATIO.

EA quidem quæ semper idem se habent, legi-
 bus non egent varijs, simplicitatem, & quod
 sine vllius diuersitatis mixtura est, continuè
 possidentia, & vtentia legibus sempiternis ac-

facris, nulla correctione egentibus. Quod autem secun-
 dum nos est in redūdationis comprehensum tumultum,
 gubernatiua indiget sapientia, ex legibus superueniente
 negotijs. Vnde quoniam nos neq; ad iudicia segnes, mul-
 tis interpellantium causis, singulis quidem in medemur.
 comprehendentes autem vnamquamque quæstionem
 dubitatam à nobis & iudicibus nostris, per legislationem
 quæ oporteat agi, generaliter in vnaqua; quæstione ex-
 ponimus. Itaq; illud ante omnia visum quidem est forsan
 esse priscis legislatoribus non sine quadam diuisione: no-
 bis autem putatum est bene se habere temperata lege ad
 simplicitatem causam transponere, & nunc inchoante,
 & nihil perferente horum quæ prius terminata sunt:
 quoniam & nobis ipsis pridem non displicentibus de hoc
 ipso legibus, visa sunt meliora secunda. Nuptialibus nam
 que lucris si quidem aliquis cōiunctorum seruauerit pu-
 dicitiam manentibus apud ipsos validè, & eorum substan-
 tijs infixis: si verò veniat ad alterius personæ coniunctio-
 nem; ex prioribus nuptijs filijs seruandis, simplici qua-
 dam & meliori lege duplicem hanc placuit interimere.
 Si enim secundis mixta nuptijs mulier, aut etiam vir for-
 tē ad secundam respiciens coniugem: quæ ex morte lu-
 crata sunt aut etiam ex repudio fortè seruat filijs, (cum
 utique forsan & alij erunt eis filij ex nuptijs sequentibus)
 quomodo iustum est eos qui in solis filijs legitimis mori-
 untur, non seruare eis lucra ex mortuis eorum parenti-
 bus, sed alijs ea transmittere? Scilicet quid erit pretiosius
 filijs parentibus non ingratis?

Vt proprietates dotis & propter nuptias do-
 nationis seruetur filijs.

Cap. I.

Propterea ^a igitur sancimus, si mulier moriatur, & ce-
 ueniat lucrum fieri viro dotem: hanc omnino serua-
 re ^b filijs, siue ad secundas veniat nuptias, siue etiam
 non. Et ex diuerso si mortuus fuerit vir, mulierem ante-
 nuptialis donationis lucra proprijs filijs seruare: vsu ^c & ita habet
 quidem lucrorum ex nuptijs apud eos constitutum, pro-
 prietatem verò eorum filijs omnino seruandam: his quæ
 super parentibus ad secundas venientibus nuptias sanc-
 ta sunt, in suo ordine seruandis: & hoc valere matri-
 monijs quocumque modo solutis, ab hodierna die, & in o-
 re. & ita ab-
 mne quod sequitur: & his matrimonijs quæ iam soluta
 rogatur, No-
 sunt quidem, siue morte, siue quolibet alio modo, ad-
 uella 22. c. 20.
 huc autem pendente, eo quod vnus superstes sit. Nam si
 lex. 6. 8. Co. de
 ambo defuncti sint, hoc hæredibus non damus: sed tam-
 secund. nupt.
 quam semel terminatum, veteribus relinquimus legi-
 Hodie pro-
 bus: illud certum est, quia dum semel fuerit filiorum, &
 prietatis iure
 proprietatem lex deferens eis præstiterit: tunc in succes-
 sionibus & alijs accessionibus, ita & in his erit, sicut & in
 prioribus sancitum est filijs, qui propter secundas nupti-
 as parentum, lucrum aliquod ex legibus sunt potiti.

^a hinc sum-
 pta est authē
 tica vxor C. de
 secund. nupt.
^b & ita habet
 vsu fructū.
^c olim iure p-
 prietatis, po-
 terat aliena-
 re. & ita ab-
 uella 22. c. 20.
 lex. 6. 8. Co. de
 secund. nupt.
 Hodie pro-
 prietatis iure
 virilem tan-
 tum habet.
 Nouell. 127.
 cap. 3.

Vt repudio vel bona gratia soluto matrimonio, id
 quod alterutri personæ cautum est, filio
 suo conferret: & de alendis libetis
 à parentibus.

Cap. II.

Illud quoque ex quadam causa denunciatum nobis,
 ad legislationem deducere existimauimus oportere.
 Quia enim transegerunt quidem inter alterutros &
 vir & vxor: filios autem qui eis erant ex matrimonio, de-
 spexerunt eos ambo, & circumbant mendicantes: pro-
 pterea iudicauimus vehementiori quidem fortè, sed con-
 uertenti ad melius se habens, vt lege: vt timore scilicet
 pœnarum quiescant aut lucrorum causa iniustorum ma-
 trimonia dilacerare, aut etiam proprios negligere filios.
 1 ¶ Si enim omnino aut per transactionem, aut per mo-
 dum alium separetur matrimonium: si quidem non sunt
 filij, maneat priora in suo ordine. Si verò filijs existi-
 bus fiat hoc: & neque filios erubescens, dent tamen oc-
 casionem spontaneam & transactionis, & per consen-
 sum factæ, aut etiam inuitæ, forsan peccante viro, aut
 committente digna amissione antenuptialis donatio-
 nis, aut muliere digna casu dotis: neq; vir dotem lucre-
 tur, neque mulier antenuptialem donationem: sed re-
 pentè casu procedente aut dotis, aut antenuptialis do-
 nationis, proprietatis lucrum mox ad communes veniat
 filios, & eorum fiat: vsu solo apud transigentes manente:
 cogendo tamen eo qui vsu lucretur, filios ex eo matri-
 monio

^d id quod ab
 alterutra per-
 sona lucrata
 est, filijs suis
 conferet &c.
 S. Iulian. con-
 stit. 91. c. 348.

* Ea parentū persona quæ vsum fructū habet, liberos alere tenetur.
 * hoc innuitur, Si bona gratia matrimonii soluitur, & quasi transactionis nomine alterutra persona aliquid accepit: nihilominus eius proprietatem quidē liberi habent, patrens autem vsum fructum.
 * Deus communis omnium pater.

monio & alere, & alia omnia ministrare eis secundum lucrata substantiæ mensuram. 1. ¶ Nouimus autem aliquid etiam tale factum: & quia bona gratia vilo dissolui matrimonio, & recedere quidem antenuptialem donationem ad eum qui conscripsit, dotem verò ad eam quæ obtulit: tamen occasione quasi damni, & aliarum causarum, auri quantitas non mediocri vtrique data est parti, vt non videretur hoc nuptiale lucrum, neque seruaretur filijs secundum de hoc leges: sed extrinsecus accedens quasi ex alia causa lucrum fieret eius qui accipere hoc egit. Ideoque ex hac arte factam curantes læsionem, sancimus, vt vel si quid tale fiat, & adueniat alteri aliquod lucrum: & hoc similiter seruari filijs: proprietate quidem mox veniente ad eos, vsu verò solo apud lucrantem constituto. Sic abstinebunt omni vitio, sic omni desiderio irrationabili: sic nec inuiti, nec sponte suis nocebunt filijs: sed erunt temperati, maxime quidem circa suam castitatem: deinde etiam circa matrimonij affectū, quem competens est habere eos qui semel coniuncti sunt alterutris. Res enim est & castitate plena, & bonis moribus congrua, & paterno maternoque affectu plena, vt quod eis parentes sponte non seruant, hoc post Deum (qui est communis omnibus pater, dicimus autem qui imperium habet) per legem ijs qui à parentibus læsi sunt, seruet: vt hic quoque ea quæ de lucris & successione pridem disposita sunt, teneant. nihil enim eorum innouamus, præter illa sola quæ expressim in hac lege conscripsimus.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet. Dat. 15. Kalend. Ian. CP. Imp. DN. Iustinian. PP. A. anno XIII. Iust. V. C. Conf.

DE REIS PROMITTENDI.

Tit. XI.

NOVELLA CONST. XCIX.

Imp. Iustin. Aug. Ioanni gloriosissimo Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.



NOVIMVS pridem ponentes legem de electione mandatorum, & fideiussorum, & sponsorum, multas habentem & in commune vtiles nostris subiectis legislationes. In præsentem verò & aliud nobis visum est egere quadam explanatione & incremento, non ex genere, neque vsu imperfecto & inutili consistente.

Cap. I.

¶ Siquis enim alterna fideiussione obligatos sumat alios: si quidem non adiecerit oportere & vnum horum in solidum teneri: omnes ex æquo conuentionem sustinere. Si verò aliquid etiam tale adiciatur, seruari quidem pactum: non tamen mox ab initio vnumquemque in solidum exigi: sed interim secundum partem qua vnusquisque obligatus est: cedere autem eum & contra reliquos actionem, si & idonei sunt, & in eo loco, & si hoc ita se habere videatur: si quidem idonei sint, & præsentem inueniantur, illos periclitari complete, (singulos in propria parte) quod sub alterna promissione creditum est, aut ex quo omnino obligati sunt, & non commune debitum proprium cuiuspiam fieri onus. Si verò minus idonei se habere reliqui videantur, siue omnes, siue quidam: siue in partem, siue in solidum, siue absentes forte: in illud tenere, quod accipere ab alijs non potuit. Sic enim & illis seruabitur actionis modus, & nullum sustinebit damnus actor, licet aliquid inter se illi pepigerint ignorante isto qui habet eos obligatos: & vnusquisque tenebitur in id quod ab initio scripserit, artibus aut dolis aut transactionibus præuaricari quæ constituta sunt, non sinendus. ¶ Sin autem iisdem commorentur, vtrique aut omnes locis: sancimus negotij iudicem deducere illos mox, & communiter examinare negotium, communiter autem inferre sententiam. Sic enim & rei omnes obligabuntur: & substantiæ eorum qualitas examinabitur: & debitum similiter qui-

dem secundum iustitiæ, similiter autem secundum legum ordinem procedet. 2. ¶ Si autem non administrator sit causæ iudex, sed alter aliquis, damus licentiam aut hic competenti iudici interpellationem suscipienti, aut in puincijs his denunciatis clarissimo præfidi, aut cõpetenti iudici cogere per suum officium & illos interesse liti, & partem eius fieri: vt nullum impedimentum huic nostræ legi fiat. his omnibus incipientibus in contractibus sequentis temporis, & ab huius legis dispositione: quod autem ante eam præterijt, positus pro his relinquitur legibus.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua quoque celsitudo operi effectuique contradere festinet. Datum XV. Kalend. Ianuar. CP. Domin. Iustinian. PP. August. anno XIII. Arbone V. C. Conf.

COLLATIO VIII.

DE TEMPORE NON SOLVTÆ pecuniæ super dote.

Tit. I.

NOVELL. CONST. C.

Imper. Iustinian. Augustus Ioanni gloriosissimo per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.



MNES pecuniæ non numeratæ replicationis, subiectas in aliquibus casibus, nõ examinatas nostræ reliquerunt leges: sed prolixitatem earum & effusionem abbreviauimus, ne sua negligentia aut calliditate forsitan negotijs fruantur homines, & causas præbeant alijs, non enim sub æqualitate semper probationes, erunt eas exhibere volentibus. multa quoque tempus refutat. Quapropter beneficientes abbreviauimus in quibusdam casibus pecuniæ non numeratæ querelas: quas licet exijs quæ à nobis iam sancita sunt, colligere. Quia enim omne tempus matrimonij dabatur viris donec matrimonium constaret, queri de non data dote: interpositio quoque maior facta est etiam post mortem virorum, vt & post repudium intra annum daretur querela: ideo existimauimus breui & compendiosa lege velocem facere & pecuniæ non numeratæ super dote querelam, & liberare à probatione mulieres in talibus ex longo tempore.

De dote non numerata.

Cap. I.

¶ Siergo annis duobus solummodo habeat aliquis uxorem, aut etiam his temporibus minus, & non accipiat dote: nihil ex taciturnitate vir lædatur: neque hæredes viri, licet tacuerit ille: sed intra annum alium querela moueatur. breuitas enim matrimonij ad hanc nos legislationem vocat. Si verò maius biennium tempus, minus autem decennium matrimonium promendatur: damus marito queri, & dicere non illatam sibi dotem aut in partem, aut in solidum: & si hoc fecerit, transmittere querelam, semel marito querente, & sibus. Si plus muliere quia dedit non probante. ¶ Si autem neque decennio, intra decennium queratur, taciturnitate mariti a ferimus querelam: neque ei post decennium hoc agere possemus, nec annum dantes vltius hæredibus eius. que in hoc non nostra aduersus aliquos pœna, sed libertatis subiectorum diligentia. Vbi enim licet in prolixo sic tempore (decennij dicimus) proponere querelam, omnis quere si tacere elegerit, palam est voluisse, vel si non accepit dotem, omnino eum, aut suos reddere hæredes: his valentibus & si repudio solui contingat matrimonium: in nullo discernentibus nobis, siue mulier tanquam dolum offerens conferbat, siue pater, siue alter quispiam tempus.

* De non numerata dote. Index Regm. de dote cauta vel adscripta nõ numerata. *Tul. const. 93. adde 5. Cod. 15.*

* hoc abrogatur. hoc etiam abrogatur. i. si duobus annis durat matrimonium. * Si biennio tantum durauit matrimonium, exceptio non numerata dotis anno post finietur. *l. ult. C. de dote cauta: si plus biennio, non plus tamen decennij tempore, tribus post mentibus. Si plus decennio, maritus nunquam potest de dote. Decennio præferbitur la dotis non numerata. prolixum*

i. anno 539. de duobus reis. *Index Regm. de duobus reis promittendi. *Tul. const. 92. dixi 45. ff. 2. Nouell. 4.**
 hinc sumpta est authentica. Hoc ita *C. de duo reis.*
 Duobus simul obligatis, si nõ fuerit adiectū vt in solidū teneantur, tacite intelliguntur teneri ex æquo. *l. ii. in ff. eod.*
 Qui in solidum cū alio obligatus est, correo idoneo & presentem in solidum conueniri nõ potest: non idoneo aut absente, conueniri potest. *l. 26. l. 28. ff. de fideiuss. l. 10. C. de fideiuss. §. 3. In ff. de fideiuss. l. 47. in ff. locati. lex 2. §. 1. ff. de duob. reis. lex 2. §. Co. cod.*
 Beneficium est epistolæ diui Adriani, quod hic extenditur ad correos principales. de quo v. legem *Gl. C. de const.*